AUTHOR:

GLADIS, CARL

TITLE:

DE THEMISTII LIBANII...

PLACE:

VRATISLAVIAE

DATE:

1907

Master Negative #

91-80200-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

874.08
Oh4

Gladis, Carl, 1881-

De Themistii Libanii Iuliani in Constantium orationibus, dissertatio ... quam ... publice defendet Carolus Gladis ... Vratislaviae, typis Soc. typ. Vrat. 1907.

56 p. $22\frac{1}{2}$ cm.

Thesis. Breslau.

Bound with: Ohnesorge, Wilhelm. Der anonymus Valesii de Constantino. 1885.

32933

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 8/28/91 INITIALS ER

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter



Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

De Themistii Libanii Iuliani in Constantium orationibus

Dissertatio inauguralis

quam amplissimi

philosophorum Vratislaviensium ordinis

consensu et auctoritate

ad summos in philosophia honores

rite capessendos

una cum thesibus

die XII. mensis Octobris anni MCMVII hora 10 1/2

publice defendet

Carolus Gladis

Silesius

Adversarii erunt:

C. Dittrich, cand. prob.

J. Pietzko, Drd. phil.

Vratislaviae

Typis societatis typographorum Vratislaviensium

MCMVII.

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
Riccardus Foerster

Examen rigorosum habitum est Kal. Mais MCMVII.

RICCARDO FOERSTER

S.

Inter illos viros saeculi IV., qui toto animo antiquae fidei dediti manebant summumque litterarum Graecarum studium colebant, in orientali parte imperii Romani excellunt Themistius, Libanius, Iulianus. Iulianus, qui imperator inimicissimus fidei Christianae erat, inter alios magistro usus est Themistio[1]) et orationes Libanii, cui in disciplinam se tradere vetitus erat, clam per discipulum quendam sibi comparavit.[2]) Ex illo tempore cum iis per commercium litterarum amicitiam alebat. Themistius et Libanius, qui eodem tempore (350—352) in eadem urbe (Constantinopoli) docebant, amicitiam inierunt, quae multis epistulis confirmatur. Cum Libanius et Themistius invicem magni se aestimarent et Iulianus discipulus esset, multum interest scire, quae inter eos intercesserit ratio, si eidem rei tractandae operam suam navabant. Tale argumentum est laudatio Constantii imperatoris. Eam omnes tres composuerunt: Iulianus et Libanius, qui aliquot annis post nullam occasionem praetermiserunt imperatori detrahendi et maledicendi (cf. Iul. ep. ad Ath.: Lib. ed. Foerster vol. II p. 250, 14; 335, 11 sq.), Themistius, qui per totam vitam bona memoria eum coluit.

In Constantii laude versantur:

Themistii oratio I. περὶ φιλανθρωπίας ἢ Κωνστάντιος,
oratio II. εἰς Κωνστάντιον τὸν αὐτοκράτορα, ὅτι μάλιστα φιλόσοφος ὁ βασιλεύς,
oratio III. πρεσβευτικὸς ὑπὲρ Κωνσταντινουπόλεως ῥηθεὶς ἐν Ῥώμῃ,
oratio IV. εἰς τὸν αὐτοκράτορα Κωνστάντιον:

---

[1]) Iul. ep. ad Them. p. 335, 23 sq. (ed. Hertlein): ἥδιστα ἄν σοι τοὺς ἐμαυτοῦ πόνους διεξῆλθον καὶ τὰ ἐπικρεμασθέντα παρὰ τῶν φίλων καὶ ξυγγενῶν, ὅτε τῆς παρ' ὑμῖν ἠρχόμην παιδείας, δείματα, εἰ μὴ σφόδρα αὐτὸς ἠπίστασο.

[2]) Lib. Epit. Iul. ed. Foerster vol. II. p. 242, 13: ὁ δὲ οὐ φοιτᾷ μὲν παρ' ἐμὲ ποιούμενον αὐτοῦ τὰς συνουσίας . . . . τοὺς λόγους δὲ ὠνούμενος ὁμιλῶν οὐκ ἀνίει. Ep. 372 (ed. Wolf) Iuliano: σὺ παρ' ἐμοῦ λαβὼν τὰς εἰς τὸ γράφειν ὁδοὺς οἷς ἔλαβες τὸν δόντα παρήνεγκας.

Libanii oratio LIX. βασιλικὸς εἰς Κωνστάντιον καὶ Κώνσταντα:
Iuliani oratio I. ἐγκώμιον εἰς τὸν αὐτοκράτορα Κωνστάντιον,
oratio II. περὶ τῶν τοῦ αὐτοκράτορος πράξεων ἢ περὶ βασιλείας.

Priusquam autem de necessitudine quae sit inter has orationes agatur, quaerendum est, quo tempore scriptae sint.

I.

Quo tempore scriptae sint orationes Themistii, Libanii, Iuliani.

Cum viri docti, qui hanc rem tetigerunt, fere omnes vel ad falsum vel ad incertum exitum pervenerint, denuo ea mihi a fontibus ipsis repetenda est.

§ 1.

De Themistii[1]) oratione prima quae inscribitur περὶ φιλανθρωπίας ἢ Κωνστάντιος.

Plerique viri docti orationem primam vere anni 347 habitam esse statuunt[2]) Ancyrae,[3]) ubi tum aliquamdiu imperator con-

[1]) Sequor editionem Dindorfianam.

[2]) Harduinus p. 496 ed. Dindorf: *Habita porro est Ancyrae . . . . Eusebio et Rufino coss. an. CCCXLVII aerae vulg.* Tillemont, L'histoire des empereurs, Bruxelles 1709 vol. IV p. 692: *la première (loi datée d'Ancyre le 8 de mars 347) fait mettre en cette année la première oraison du philosophe Themistius, parceque le titre porte qu'il la prononça à Ancyre la première fois qu'il vit Constance, dont il fait le panegyrique.* Clinton, Fasti Romani, Oxford 1845 t. I p. 411, 3: *Themistii Or. I* περὶ φιλανθρωπίας. *Inscriptio:* οὗτος εἴρηται ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας, ὅτε πρῶτον συνέτυχε τῷ βασιλεῖ νέος ὢν ἔτι. *Constantius was at Ancyra in this year (in his march to Persia): Cod. Theodos.* Baret, De Themistio sophista et apud imperatores oratore, Parisiis 1853 p. 1: *Etenim in oratione, quam anno 347 ad Constantium habuit.* Sievers, Das Leben des Libanius, Berlin 1868 p. 56: *Im Jahre 347 (wahrscheinlich im Frühling) hielt Themistius dem Kaiser Constantius in Ancyra eine Lobrede.* Goyau, Chronologie de l'empire Romain, Paris 1891 p. 446: *347 Themistius prononce à Ancyre son premier discours (sur la philanthropie), qui est un éloge de Constance.*

[3]) Didascalia orationis 1: οὗτος εἴρηται ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας.

stiterit,[1]) cum in Persas iterum expeditionem faceret. Unus Seeckius[2]) orationem anno 350 tribuit, cum *Nach der Überschrift,* inquit, *ist* περὶ φιλανθρωπίας *(1) die erste Rede, die er vor dem Kaiser hielt, und das zwar in Ankyra. Hiernach hat man sie in das Jahr 347 gesetzt, weil damals sich Constantius nachweislich in jener Stadt aufgehalten hat: Cod. Theod. XI 36, 8. Doch ist daraus gar nichts zu schliessen, weil der Kaiser jedesmal, wenn er von Antiochia nach Constantinopel oder zurück reiste, wie das zwischen 337 und 350 mehrmals geschah, Ankyra berühren musste. Und wäre die Rede bei Lebzeiten des Constans gehalten, so bliebe ganz unverständlich, warum der Bruder und Mitregent des Constantius gar nicht darin erwähnt wird. An anderer Stelle setzt Themistius auseinander, dass die Menschenliebe mit der Verwandtenliebe beginnen müsse: or. XXII 268 a. Und er sollte in einer Schrift, die in erster Linie die* φιλανθρωπία *des Kaisers preist, dessen einträchtiges Zusammenregieren mit seinem Bruder übergangen haben? Da aber auch von der Rache für dessen Tod nicht gesprochen wird, muss die Rede in eine Zeit fallen, in der Constans zwar schon tot war, Constantius aber mit seinem Mörder noch in Unterhandlung stand und man zweifelhaft sein konnte, ob er ihn nicht als Mitregenten anerkennen werde: Pauly-Wissowa IV S. 1065. Als er im Sommer 350 von Antiochia aus gegen Vetranio und Magnentius zog, wird ihm Themistius von Constantinopel her nach Ankyra entgegengereist sein, um dort seinen Panegyrikus vorzutragen. Der Grund dürfte gewesen sein, dass am Bosporus schon berühmtere Redner den Kaiser erwarteten, während in der kleineren Stadt weniger Konkurrenz zu fürchten war Dazu passt, dass Themistius or. XVI 200 b am 1. Januar 383 sagt, er sei vor mehr als dreissig Jahren zuerst mit dem Hofe in Berührung gekommen.* Neutri verum assecuti sunt. Nam, ut a Seeckio incipiam, Themistius hanc orationem habuit eo tempore, quo primum cum Constantio congressus est: ὅτε πρῶτον συνέτυχε τῷ βασιλεῖ.[3]) Itaque ad hanc orationem referenda non sunt: ἀλλ' ἦν ἄρα καὶ τἀμὰ ἴδια πλείω καὶ πλεῖν ἢ

[1]) Cod. Theod. XI 36, 8: *Dat. VIII Id. Mart. Ancyrae Eusebio et Rufino conss.* (a. 347).

[2]) Otto Seeck. Die Briefe des Libanius zeitlich geordnet, Leipzig 1906 p. 293.

[3]) Or. I p. 1.

τριάκοντα ὅλων ἐνιαυτῶν χρέως ηὐξημένον. ἄρτι τε γὰρ ἀρχόμενον παριέναι εἰς τὰ βασίλεια ἐξενάγει καὶ γνώριμον ἤδη γεγενημένον συνεπηνώρθου.[1]) Sed ex his verbis tantum apparet eum iam plus triginta annos cum aula imperatoria commercium habuisse, non abhinc annos triginta primum vidisse Constantium. Verisimile potius est Themistium legatum urbis Constantinopolis hac oratione Ancyrae imperatorem laudavisse. Quod colligo e verbis: τεσσαράκοντα ἔτη ταῦτα σχεδὸν ἐτέλεσα λειτουργῶν ὑμῖν ἐκ τῶν λόγων καὶ πρεσβεύων ἐφεξῆς ὁπόσας αὐτοὶ ἴστε πρεσβείας οὐκ ἀτίμως οὐδὲ ἀδόξως οὐδὲ ἀναξίως τῆς ὑμετέρας χειροτονίας, τὰς μὲν καθ᾽ ἑαυτόν, τὰς δὲ τοῖς ἀρίστοις ὑμῶν κοινωνῶν.[2]) Quod Themistius Constantem non commemoravit, inde concludendum non est eum iam mortuum esse et orationem tum habitam esse, cum Constantius contra tyrannos profectus est. Neque enim ullo loco aut Constantis mortis aut tyrannorum mentio fit.

Oratio post pugnam Singarensem ponenda est. Nam Themistius moribus imperioque Saporis, regis Persarum, cum Constantio comparatis pergit:[3]) τοῦτ᾽ οὖν ἐστιν ὃ διόλλυσιν ἐκεῖνον, οὐχ ἡ μέση τῶν ποταμῶν, ἀλλ᾽ ἡ βασιλέως ἀρετὴ πλησίον λάμπουσα, quae verba nisi de Singarensi victoria nocturna anni 348 intellegi non possunt,[4]) praesertim cum Eutropio[5]) auctore *nullum Constantio contra Saporem prosperum proelium fuerit nisi quod apud Singaram haud dubiam victoriam ferocia militum amisit.* Commissum est illud proelium aestate anni 348.[6]) Constantio Constantinopolim redeunti gratulaturus obviam processit Themistius, Constantinopolis urbis legatus. Ancyrae imperatori obviam factus Singarensem pugnam quasi victoriam de more celebravit neque tamen tam adulatorie quam Libanius et Iulianus. Themistius igitur anno 348 exeunte orationem primam habuit.

[1]) Or. XVI p. 200 b quae habita est Kal. Ian. a. 383.

[2]) Or. XXXI p. 352 c—d quae habita est anno 385. Cf. Seeck l. l. p. 306.

[3]) Or. I p. 12 b.

[4]) Harduinus, p. 499 ed. Dindorf: *Ad Singarensem victoriam referri ista possunt percommode et vero debent.*

[5]) X, 10. Iul. or. I p. 24 C τὴν καλλίστην νίκην διέφθειραν.

[6]) Chron. min. ed. Mommsen I p. 236 ad annum 348: *bellum Persicum fuit nocturnum.* Iul. or. I p. 23 B: θέρος μὲν γὰρ ἦν ἀκμάζον ἔτι.

Ad hanc vero referenda non sunt verba epistulae Libanii 1322[1]) τὸν δὲ (λόγον) ἐμοὶ πέμπε τὸν ἐν Ἀγκύρᾳ πρῴην τὰ μικρὰ μεγάλα ποιήσαντα. μικρὰ γὰρ αὐτοῦ δεῦρο τῇ τινων μνήμῃ κεκομισμένα περὶ τὸν πάντα ἡμᾶς ἀνδριάντα ἐκμαίνει. Cum haec epistula anno 364 scripta sit[2]), pertinet ad orationem V in Iovianum, quam Ancyrae habitam esse verisimile fit. Apud Socratem[3]) quidem legimus Themistium cum aliis senatorii ordinis viris imperatori obviam factum orationem consularem coram illo recitavisse Dadastanae, dubitari tamen non poterit quin Socrates, ut haud raro, errore captus sit, cum non commemoraverit[4]) Iovianum Ancyrae Kalendis Ianuariis anni 364 consulatum inisse.[5]) Hoc loco Themistius orationem consularem habuisse, Dadastanae Iovianus mortuus esse, Socrates locum mortis cum urbe orationis consularis habitae confudisse censendus erit.[6])

[1]) Clinton, l. l. p. 411, 3: *Libanius Epist. 1322 notices this oration.* Sievers, Das Leben des Libanius p. 56: *Im Jahre 347 hielt Themistius dem Kaiser Constantius in Ancyra eine Lobrede. Wenn nun Libanius den Themistius bittet, ihm eine in Ancyra gehaltene Rede . . . zu schicken, so ist es immer möglich, dass er dieselbe Rede gemeint habe.* Not. 12: Ep. 1322. *Doch könnte sich das immer auf eine spätere Rede beziehen, vielleicht selbst auf die V. auf Jovian, wenn nicht Socr. III, 26 sagte, dass sie in Dadastana gehalten worden sei. Der Anfang des Briefes spricht eine Klage aus, die sehr gut für die erste Zeit des Valens passt.*

[2]) Seeck, Die Briefe des Libanius p. 425: Frühling 364.

[3]) Hist. eccl. III, 26 Δαδάστανα . . . ἔνθα καὶ Θεμίστιος ὁ φιλόσοφος μετὰ τῶν ἄλλων συγκλητικῶν ἀπαντήσας τὸν ὑπατικὸν ἐπ᾽ αὐτοῦ διεξῆλθε λόγον.

[4]) Socr. l. l. Iovianus τῆς Ἀντιοχείας ἀναχωρήσας τήν Ταρσόν τε καταλαβὼν τῆς Κιλικίας ἐκεῖ τὸ Ἰουλιανοῦ σῶμα ἔθαψε. καὶ πάντα ἐπὶ τῇ κηδείᾳ τὰ νόμιμα πληρώσας ὕπατός τε ἀναγορεύεται· καὶ αὖθις ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν διαβαίνειν σπουδάζων ἐν χωρίῳ τινὶ παραγίνεται, ᾧ προσωνυμία Δαδάστανα.

[5]) Amm. Marc. XXV 10, 11 *Et cum introisset Ancyram imperator, paratis ad pompam pro tempore necessariis consulatum iniit.*

[6]) Chron. min. I p. 240 ad annum 364: *recessit Iovianus Aug. Dadastana die XI Kal. Mar.* Amm. Marc. XXV 10, 12 *Cum enim venisset Dadastanam, qui locus Bithyniam distinguit et Galatas, exanimatus inventus est nocte.* Zonar. XIII 14, 10 καὶ εἰς Ἄγκυραν τῆς Γαλατίας γεγονὼς κἀκεῖθεν ἀπάρας καὶ σταθμὸν προελθὼν εἰς Δαδάστανά τε καταλύσας αἰφνίδιον τετελεύτηκεν.

§ 2.

De Libanii oratione quae inscribitur βασιλικὸς εἰς Κωνστάντιον καὶ Κώνσταντα[1]).

Libanius orationem[2]) in laudem imperatorum Constantii et Constantis scripsit post pugnam Singarensem aestate anni 348 commissam[3]), quae ab eo p. 257—268 fuse describitur et ἡ τελευταία nominatur[4]), et ante mensem Ianuarium anni 350, quo Constans interfectus est.[5]) Libanius postquam narravit Constantem barbaris tantum timorem iniecisse et inicere, ut in provincias Romanas incursiones facere non iam audeant, pergit[6]) καὶ νῦν βασιλεὺς οὐ ταῖς φύσεσι τῶν Φρακτῶν, τῷ δὲ παρ' αὐτοῦ φόβῳ τὰς ἐκείνων ὁμολογίας τηρεῖν παραδοὺς ἐν ταῖς Παιόνων πόλεσιν ὑπὲρ τῶν ὅλων βουλεύεται. Constans igitur, quo tempore Libanius orationem habet, in Pannoniae urbibus de summa rerum deliberans moratur. Medio anno 348 Constans Mediolani versatus est,[7]) unde in Pannoniam se contulisse censendus est, quoniam ante diem VI Kalendas Iunias anni 349 Sirmi, in urbe Pannoniae inferioris, duas leges dedit.[8]) Oratio habita est Nicomediae; nam in qua urbe oratio recitabatur, in ea diem supremum obierat Constantinus Magnus contra Persas profectus.[9])

---

1) Ita, non, ut ante Foersterum inscribebatur, Κώνσταντα καὶ Κωνστάντιον, scribendum esse oratio ipsa clamat.

2) Lib. ed. Foerster vol. IV p. 201—296, quo nondum emisso uti mihi datum est.

3) Chron. min. I p. 236 ad annum 348: *bellum Persicum fuit nocturnum.* Hieronymus chron. 2363: *bellum Persicum nocturnum aput Singaram.*

4) P. 252, 8 τοῦτο μὲν ἡ τελευταία μάχη et p. 257, 16 φέρε δὴ καὶ τῆς τελευταίας μνημονεύσωμεν μάχης. ἣν τελευταίαν τε καὶ μεγάλην τὴν αὐτὴν ἔξεστι προσειπεῖν.

5) Chron. min. I p. 237 ad a. 350: *Constans occisus est in Galliis a Magnentio et levatus est Magnentius die XV Kal. Febr.*

6) P. 276, 5—8.

7) Cod. Theod. X 14, 2: *dat. a Constante XV Kal. Iul. Med(iolano) Philippo et Sallia conss. (a. 348).*

8) Cod. Theod VII 1, 2 et VIII 7, 3.

9) Lib. p. 244, 3—8: Constantinus ἐπειδὴ κατὰ τήνδε τὴν πόλιν ἐγίγνετο, εἶδεν ὁ κρείττων, ὅτι πολλοῖς μὲν τροπαίοις ἐκεῖνος ἐγγέγραπται, δεῖ δὲ καὶ τοῖν παίδοιν τὸν ἐπὶ Πέρσας τεταγμένον νίκαις ἐλλαμπρύνεσθαι βαρβαρικαῖς, καὶ δόξαν οὕτως τὸν μὲν ἄνω πρὸς αὐτὸν καλεῖ, τῷ δὲ φέρων τὸ ἔργον προσέθηκεν. Mortuus est imperator in suburbio Nicomediae. Chron. min. I p. 235: Κωνσταντῖνος . . ὁρμήσας ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν κατὰ Περσῶν, ἐλθὼν ἕως Νικομηδείας, ἐνδόξως καὶ εὐσεβῶς μεταλλάττει τὸν βίον ἐν προαστείῳ τῆς αὐτῆς πόλεως. Eutr. X 8 *Nicomediae in villa publica obiit.* Cassiodori chronica ed. Mommsen (Abh. d. sächs. Ges. d. Wiss. 3. Lpz. 1861 p. 647 ad a. 339) *Constantinus imperator dum bellum pararet in Persas, in Acyrone villa publica iuxta Nicomediam moritur.*

§ 3.

De Themistii oratione secunda quae inscribitur εἰς Κωνστάντιον τὸν αὐτοκράτορα, ὅτι μάλιστα φιλόσοφος ὁ βασιλεύς.

Themistius oratione secunda Constantio, a quo per epistulam in senatu Constantinopolitano lectam laudatus erat[1]), gratias et laudes agit. Postquam ille imperatorem philosophum esse demonstravit et amorem fratrum propinquorumque praedicavit[2]), finem facit virtutes corporis Constantii laudando.[3]) Hunc orationis finem sequitur alter, in quo narratur Iulianum a Constantio ad Caesaris dignitatem provectum esse[4]), quae res facta est Mediolani Arbetione et Lolliano consulibus (anno 355) ante diem VIII Idus Novembres.[5]) Hanc dignitatem auctam Themistius eo loco commemorare debuit, quo de propinquis verba fecit, sed orationi finem iam imposuerat, cum nuntius Mediolano Constantinopolim allatus est Iulianum paucis ante diebus Caesarem esse factum. Oratio igitur post Idus Novembres anni 355 scripta lectaque in senatu Constantinopolitano ad Constantium Mediolanum missa est, quo ante Kalendas Decembres pervenit; nam Iulianus, ut

---

1) Them. or. II p. 26c οὗτος (Κωνστάντιος) μακρὸν βιβλίον συγγράφων μεστὸν εὐφημίας et p. 24a ἐπὶ τῷ κομισθέντι παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος λόγῳ, ὃν ἔγραψε περὶ αὐτοῦ πρὸς τὴν γερουσίαν.

2) P. 38 c—d.

3) P. 39 a—d.

4) P. 39 d—40 a ἀλλ' ἐὰν ἅπαξ, ὦ μακάριοι, λεπτουργεῖν ἐπιτρέψωμεν καὶ ἀπομηκύνειν τὸν λόγον, πόρρω ἡμᾶς, εὖ ἴστε, ἐξοίσει. ἐπιθετέον οὖν σφραγῖδα τοῖς εἰρημένοις, ἣν αὐτὸς ἔναγχος ἐπέθηκε βασιλεὺς πάνυ λαμπράν τε καὶ νεουργόν. οὕτω γὰρ τῷ ὄντι φιλόσοφός ἐστιν ὁ γενναῖος, ὥστε καὶ τὸν συνάρχοντα φιλόσοφον ἐποιήσατο, οὐχ ὅτι προσήκει αὐτῷ κατὰ γένος, ἀλλ' ὅτι αὐτῷ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἀγχιστεύει.

5) Chron. min. I p. 238 ad a. 355: *levatus est Iulianus Caes. die VIII idus Novemb.* Amm. Marc. XV 8, 17: *Haec diem octavum Iduum Novembrium gesta sunt, cum Arbetionem consulem annus haberet et Lollianum.*

infra (p. 15 sq.) demonstrabimus, in oratione prima, quae ante Kalendas Decembres anni 355 habita est, multis locis eam in suum usum convertit.

§ 4.

De Iuliani imperatoris oratione prima quae inscribitur ἐγκώμιον εἰς τὸν αὐτοκράτορα Κωνστάντιον.

Iulianus primam in Constantium Augustum orationem post interitum tyrannorum Magnentii[1]) Vetranionisque[2]), quin etiam Silvani, cuius sub finem mentio fit[3]), scripsit. Iulianus Gallo fratre interfecto per septem menses diversis custodiis retentus est[4]), deinde Athenis litterarum studiis se dedit, ex qua urbe subito ab imperatore Mediolanum vocatus[5]) et Caesar renuntiatus est ante diem VIII Idus Novembres anni 355.[6]) „*Deinde*", ut ait Ammianus Marcellinus[7]), „*diebus paucis Helena virgine Constanti sorore eidem Caesari iugali foedere copulata paratisque universis, quae maturitas proficiscendi poscebat, comitatu parvo suscepto Kalendis Decembribus in Galliam egressus est.*" Cum Iulianus in hac oratione, ut infra (p. 15 sq.) demonstrabitur, persaepe vestigia Themistii orationis secundae secutus sit, illa post hanc, quae paulo post diem VIII Idus Novembres anni 355 Constantinopoli habita est, et brevi ante iter Gallicum Kalendis Decembribus initum ponenda est.

---

[1]) Iul. or. I p. 40 B ἕως αὐτὸν (Μαγνέντιον) . . . . δίκην ἐπιθεῖναι τῶν τετολμημένων ἀξίαν κατηνάγκασας ὤσαντα διὰ τῶν στέρνων τὸ αὐτὸ ξίφος, ὃ πολλῶν πολιτῶν ἐμίανε φόνῳ. Chron. min. I p. 238 ad a. 353: *Magnentius se interfecit in Gallis apud Lugdunum die III id. Aug.*

[2]) Chron. min. I p. 238 ad a. 351: *depositus est Vetranio VIII Kal. Ian.*

[3]) P. 48 C στρατοπέδων τὴν εὔνοιαν τὸν θρασυνόμενον καθάπερ ἐπ' ἐρημίας καὶ τὴν γυναικείαν ἁλουργίδα περιβαλόμενον ὥσπερ τινὰ λύκον ἐξαίφνης διασπασαμένων. Silvanus interfectus est a. d. VII Id. Sept. a. 355; cf. Seeck, Pauly-Wissowa R.-E. t. IV p. 1077.

[4]) Iul. ep. ad Ath. p. 272 D τὸν καίσαρα . . κτεῖναι παρέδωκε τοῖς ἐχθίστοις. ἐμὲ δὲ ἀφῆκε μόγις ἑπτὰ μηνῶν ὅλων ἑλκύσας τῇδε κἀκεῖσε καὶ ποιησάμενος ἔμφρουρον.

[5]) Iul. ep. ad Ath. p. 273 D αὐτίκα ἐπ' ἐμὲ πέμπει καὶ μικρὸν εἰς τὴν Ἑλλάδα κελεύσας ὑποχωρῆσαι πάλιν ἐκεῖθεν ἐκάλει παρ' ἑαυτόν.

[6]) Amm. Marc. XV 8, 17: *Haec diem octavum Iduum Novembrium gesta sunt, cum Arbetionem consulem annus haberet et Lollianum.*

[7]) XV 8, 18.

§ 5.

De Themistii oratione quarta quae inscribitur εἰς τὸν αὐτοκράτορα Κωνστάντιον.

Magni momenti sunt ad tempus huius orationis constituendum duae res in ea commemoratae. Mense Novembri anni 355 Themistius Constantium oratione II laudavit;[1]) imperator, ut ipse rhetorem praemio remuneraretur, aeneam statuam eius ponendam curavit.[2]) Quod factum est anno 356. Themistius aliquamdiu Antiochiae moratus est, ubi Persarum legationem vidit, quae cum praefecto praetorio de pace agebat: εἶδον ἐγὼ ἔναγχος ἐν τῷ ἄστει τοῦ Ἀντιόχου ἄνδρας ἐκ Σούσων καὶ Ἐκβατάνων ἀφιγμένους σὺν κηρυκείοις καὶ γράμματα ἀρχαῖα βύσσῳ λευκῇ ἐνειλιγμένα· τὰ δὲ γράμματα ἐξελιπάρει τὸν ὕπαρχον σπονδὰς πράττειν Ἀχαιμενίδαις καὶ δεξιὰν ἐκ βασιλέως.[3]) Fuit haec de pace actio anno 356.[4]) Ergo etiam Themistius eodem anno Antiochiam venit.[5]) Proxime ab his duabus rebus gestis stat oratio. Dies festus agitur[6]) in Italia[7]) — oppidum non dicitur —, ad quem Constantinopolitani legatos miserunt.[8]) Principem eorum Themistium esse voluerunt. Qui iter non fecit, sed propter valetudinem et hiemis asperitatem domi remansit. Initio orationis IV (p. 49 d—51 c) rationes affert, cur non ad imperatorem profectus sit, sed domi se continuerit. Cum inter omnes viros doctos hoc festum esse triumphum constaret, quem Constantius mense Maio anni 357 Romae egit,[9]) factum est, ut orationem Constantio Romae degente in senatu

---

[1]) Cf. § 3.

[2]) Or. IV p. 54 b στέφανον . . . ὃν ἐγὼ ἐπλεξάμην . . . καὶ ἔδειξα τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ . . . περὶ πολλοῦ ἐποιήσατο· καὶ ἡ χαλκῆ εἰκὼν ἐξ ἐκείνου τοῦ ᾄσματος.

[3]) Or. IV p. 57 b.

[4]) Amm. Marc. XVI 9, 2—4.

[5]) Sievers, Das Leben des Libanius p. 239: *Die Reise wird Themistius im Sommer gemacht haben, also 356.* Seeck, Die Briefe des Libanius p. 331: *ep. 427, 428 ist von der Anwesenheit des Themistius in Antiochia und von der persischen Gesandtschaft die Rede, wodurch das Jahr dieser Gruppe mit voller Sicherheit bestimmt ist (Sommer 356).*

[6]) Or. IV p. 49 a sq.

[7]) P. 49 d—50 a ἐξὸν αὐτῷ ἀναβάντι ἐπ' ἀπήνην . . . διὰ Θρᾳκῶν τε καὶ Παιόνων καὶ Ἰλλυριῶν καὶ ὁπόσα ἔθνη μέχρι Ἰταλίας φέρεσθαι.

[8]) P. 54 c θεωροὺς ἐπέμψατε ὥσπερ εἰς Δῆλον

[9]) Cf. § 7.

Constantinopolitano habitam esse putarent.[1]) Quod fieri non posse ex eo intellegitur, quod Themistius, ut infra demonstrabitur,[2]) legatus Constantinopolitanus mense Maio anni 357 Romae moratus tertiam orationem apud imperatorem habuit. Dies autem festus, ad quem ille non profectus est, sed domi remansit, media hieme agitur[3]) neque alius esse potest nisi pompa consulatus ineundi anno 357. Constantinopolitani quoque festa tempora in sua urbe celebrant;[4]) hoc loco Themistius orationem IV Kalendis Ianuariis anni 357 habuit.

§ 6.

De Iuliani imperatoris oratione secunda quae inscribitur περὶ τῶν τοῦ αὐτοκράτορος πράξεων ἢ περὶ βασιλείας.[5])

Viri docti alius alii anno orationem secundam tribuerunt.[6]) Ansam temporis definiendi verba dant Iuliani, quibus auxiliaria

[1]) Petavius in ed. Dindorf. p. 516: *dicta porro est absente Constantio et Romae adhuc degente.* Harduinus eodem loco: *dicta est igitur haec oratio eo ipso anno, quo Romae Constantius triumphavit.* Clinton, Fasti Romani I p. 437, 3: *or. IV recited in the senate of CP. while Constantius was still at Rome.* Sievers, Das Leben des Libanius p. 239: *Die Rede ist gehalten im Jahre 357 n. Chr., vielleicht noch im Mai, während Constantius in Rom war, oder kurz nachher.* Baret, de Themistio p. 65 in indice orationum. Goyau l. l. p. 471: *„En l'absence de Constance, Themistius prononce dans le sénat de Constantinople son quatrième discours* (πρὸς Κωνστάντιον)“.

[2]) Cf. § 7.

[3]) Or. IV p. 50 a—c.

[4]) P. 54 c καὶ οἴκοι στεφανηφορεῖτε καὶ εὐθυμεῖσθε καὶ ἑστιᾶσθε.

[5]) R. Asmus, Julians Galiläerschrift, Programm Freiburg i. Br. 1904 p. 42—43 dicit hanc orationem retractatam esse a Libanio qui singulas partes (p. 87, 10—90, 25; 102, 15—110, 3; 110, 8—119, 24) Iulianeae orationi inseruerit. Quod incredibile esse mihi videtur, quia in dubitationem vocatae partes sermonis genere cum ceteris congruunt. Diversa est ratio Libanii et Iuliani in vestigiis antiquorum scriptorum premendis; ille rarissime, hic persaepe verba scriptorum ipsa profert, id quod etiam in illis partibus apparet.

[6]) Clinton, Fasti Romani I p. 435, 3: *composed at least after Julian's first campaign. Perhaps in the winter of A. D. 356/7.* Guilelmus Schwarz, De vita et scriptis Iuliani imperatoris, Bonnae 1888 p. 7: *358 Jun.-Mai. a. 360 or. II a Caesare conscripta est (hieme a. 359/60?),* quem secutus est Goyau l. l p. 481. J. F. Alphons Mücke, Flavius Claudius Iulianus, Gotha 1867/69 II p. 161: *wahrscheinlich aber ist die Rede, welcher zum Schluss auf S. 101 eine ehrende Charakteristik des Constantius wie von einem Todten beigegeben ist, erst nach dessen Ableben während Julians Aufenthalt in Constantinopel geschrieben.*

Magnentii tyranni enumerantur.[1]) Habebat ille secum pedites multos et equites Gallorum et Hispanorum et Germanorum, qui Rhenum accolebant et mare ad occidentem situm; hos bellicosissimos et fortissimos omnium barbarorum esse Iulianus non auditu modo, sed experientia ipsa comperit. Fortitudinem eorum ille cognovit, cum Coloniam Agrippinam anno 356 hostibus eriperet. Alio loco[2]) Constantium praedicat, quod cum de omnibus hominibus mereri vult tum ipsi honores alios ex aliis parat. Imperator Iulianum Caesarem renuntiavit, Helenam sororem ei uxorem dedit (anno 355), initio veris anni 357 summam rerum ad eum detulit.[3]) Tertio loco[4]) Iulianus narrat Persas post Nisibim frustra obsessam (anno 350) bello contra Constantium gerendo desistere et pacem habere. Bellum compositum erat inde ab anno 351 usque ad annum 359, quo rex Persarum ad bellum profectus est,[5]) postquam iam aestate anni 356 cum Persis de pace agi coeptum est.[6]) Iuliani igitur orationem post initium anni 357 et ante annum 359 scriptam esse iam ex his rebus cognosci potest. Sed accedunt aliae. Aestate anni 357 Iulianus clarissimam illam victoriam ad Argentoratum ex Alamannis reportavit, cuius ne minimam quidem mentionem facit in ea oratione, quam in laudem Constantii composuit, quamquam omnes duces Romanos imperatori, cuius auspiciis parta est, victoriam tribuisse inter omnes constat. *„Exstant denique“*, inquit Ammianus Marcellinus,[7]) *„eius (Constantii)*

[1]) Or. II p. 56 B Κελτοὶ καὶ Ἴβηρες Γερμανῶν τε οἱ πρόσοικοι Ῥήνῳ καὶ τῇ θαλάττῃ τῇ πρὸς ἑσπέραν . . . αὐτῇ προσοικεῖ δύσμαχα καὶ ῥώμῃ διαφέροντα τῶν ἄλλων ἐθνῶν γένη βαρβάρων, οὐκ ἀκοῇ μόνον . . . ἀλλ' αὐτῇ πείρᾳ τοῦτο ἐκμαθὼν οἶδα.

[2]) Or. II p. 50 C σὲ μὲν ὁρῶν . . . ἐθέλοντα πάντως κοινῇ τε ἅπαντας ἀγαθόν τι δρᾶν, ἡμῖν δὲ ἰδίᾳ τιμὰς καὶ γέρα ἄλλα ἐπ' ἄλλοις παρασκευάζοντα.

[3]) Iul. ep. ad Ath. p. 278 D δίδωσί μοι τῶν στρατοπέδων τὴν ἡγεμονίαν ἦρος ἀρχῇ id est a. 357. Zos. III 2, 6 ἡ Εὐσεβία . . . πείθει Κωνστάντιον ἐπιτρέψαι τὴν διοίκησιν αὐτῷ τῶν ἐκεῖσε πραγμάτων.

[4]) Or. II p. 66 D Sapor . . . ἄγει πρὸς ἡμᾶς εἰρήνην ἐκ τούτου.

[5]) Amm. Marc. XVIII 4, 1 sq.

[6]) Cf § 5

[7]) Amm. Marc. XVI 12, 70.

edicta in tabulariis principis publicis condita delata narrandi extollendique semet in caelum. ab Argentorato cum pugnaretur mansione quadragesima disparatus, describens proelium aciem ordinasse et stetisse inter signiferos et barbaros fugasse praecipites sibique oblatum falso indicat Chonodomarium super Iuliani gloriosis actibus conticescens, quos sepelierat penitus, ni fama res maximas vel obumbrantibus plurimis silere nesciret.“ Zosimus narrat[1]) Iulianum Constantii fortunae victoriam acceptam retulisse. Iulianus hoc vel illo modo victoriae meminisse debebat sive illam Constantio assignans sive commodum ex victoria imperio captum commemorans. Oratio igitur ante victoriam Argentoratensem scripta est. Libanius initio epistulae 372, quam anno 358 ad Caesarem scripsit,[2]) Iuliano gratulatur,[3]) quod duplicem reportaverit victoriam, alteram armis, alteram verbis. Victoria armis parta respicit pugnam Argentoratensem, victoria facultate dicendi parta hanc orationem. Iulianus laudationum in Constantium scriptarum multis locis Themistii orationes I et II respexit, nullum autem vestigium inveniri potest Themistii orationum III et IV, quas initio anni 357 compositas nondum legerat. Omnes igitur simul causae annum 357 indicant et priorem quidem partem propter victoriam Argentoratensem. Cum Constantius mense Maio anni 357 Romae ageret triumphum, quem omnes civitates legationibus et donis celebrabant, Iulianus, ut ipse festum diem Augusti exornaret, Constantio orationem secundam ex hibernis Gallicis misit.

§ 7.

De Themistii oratione tertia quae inscribitur πρεσβευτικὸς ὑπὲρ Κωνσταντινουπόλεως ῥηθεὶς ἐν Ῥώμῃ.

Tyrannis et hostibus devictis Constantius, ut triumphum ageret et vicennalia ederet, anno 357 Romam se contulit,[4]) quo legati omnium civitatum gratulandi causa convenerunt. Con-

[1]) Zos. III 4, 4 τῇ τούτου τύχῃ τὴν νίκην ἀνατιθείς.

[2]) Seeck, Die Briefe des Libanius p. 345: *358 (März?) ep. 372 wird auf die Siege des Julian über die Alamannen zurückgewiesen, die beide in das Jahr 357 fielen.*

[3]) Lib. ep. 372 διπλῆν ἀνῄρησαι νίκην, τὴν μὲν ἐν ὅπλοις, τὴν δὲ ἐν λόγοις. καί σοι τρόπαιον ἕστηκε τὸ μὲν ἀπὸ τῶν βαρβάρων, τὸ δ'ἀπ' ἐμοῦ τοῦ φίλου.

[4]) Chron. min. I p. 239 ad a. 357: Κωνστάντιος Αὔγουστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ εἰκοσαετηρίδα μετὰ πολλῆς φαντασίας καὶ παρατάξεως εἰσῆλθεν ἐν Ῥώμῃ.

stantinopolitani quoque patres legationem mittunt, cuius ducem Themistium eligunt: ἐμὲ πρεσβεύειν εἰς τὴν ἀοίδιμον Ῥώμην ἐχειροτονεῖτε καὶ πρὸς τὸν παῖδα ἐστέλλετε τὸν Κωνσταντίνου.[1]) Quando et quam diu Constantius Romae moratus est? Quo tempore ille Romam venerit, ex consularibus Constantinopolitanis cognoscimus, quae eum Romam ante diem III Kalendas Maias anni 357 introisse referunt.[2]) *„Cupiens“*, ait Ammianus Marcellinus,[3]) *„augustissima omnium sede morari diutius imperator, ut otio puriore frueretur et voluptate, assiduis nuntiis terrebatur et certis indicantibus Suebos Raetias incursare Quadosque Valeriam et Sarmatas latrocinandi peritissimum genus superiorem Moesiam et secundam populari Pannoniam: quibus percitus tricesimo, postquam ingressus est, die IV Kal. Iunias ab urbe profectus per Tridentum iter in Illyricum festinavit.“* Habita igitur est haec pro urbe Constantinopoli oratio Romae mense Maio anni 357. Themistius ipse legationis dux Romam se contulit et coram imperatore orationem tertiam dixit,[4]) ut apparet ex verbis ipsis: ἐμὲ πρεσβεύειν εἰς τὴν ἀοίδιμον Ῥώμην ἐχειροτονεῖτε καὶ πρὸς τὸν παῖδα ἐστέλλετε τὸν Κωνσταντίνου. Harduinus et quicumque eum secuti sunt[5]) errant, cum dicunt Themistium ob corporis valetudinem et hiemis asperitatem itinere interclusum orationem quam Romae dicturus esset ad imperatorem misisse legendam

[1]) Them. or. XXXIV, 13.

[2]) Chron. min. I p. 239 ad a. 357: *Constantio VIII et Iuliano Caes. II introivit Constantius Aug. Romae IIII Kal. Mai. et edidit vicennalia.*

[3]) Amm. Marc. XVI 10, 20.

[4]) Inscriptio or. III πρεσβευτικὸς . . . ῥηθεὶς ἐν Ῥώμῃ. or. III p. 41 c ἐν τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων (Ῥώμῃ) ἀναδεῖ τὸν βασιλεύοντα τῶν ἀνθρώπων ἡ τὰ δεύτερα δι' ὑμᾶς βασιλεύουσα (Κωνσταντινούπολις).

[5]) Harduinus in ed. Dindorf. p. 512—13; Tillemont, histoire des empereurs vol. IV t. 2 p. 812: *Themistius avoit esté deputé . . et nous avons encore le discours qu'il avoit preparé pour dire devant Constance. Mais la maladie l'ayant arresté . . . il paroist que Themistius ayant envoyé à Constance le discours qu'il devoit prononcer devant luy.* Clinton, Fasti Romani I p. 437, 3: *or. III intended to have been recited to Constantius at Rome, but in reality read by Themistius to the senate of CP.* Baret, de Themistio p. 16/17. Sievers, Das Leben des Libanius p. 76 not. 37: *or. III* πρεσβευτικός, *gehalten, als Themistius dem Constantius im Sommer 357 aufwarten sollte.* Goyau l. l. p. 471: *357 Themistius compose son troisième discours* (Πρεσβευτικός)*; il le dit dans le sénat de Constantinople ne pouvant se rendre à Rome pour le dire devant Constance.*

et Romam nisi tempore Gratiani non vidisse. In errorem inductus est Harduinus, quod initium orationis IV ad imperatoris triumphum rettulit et quod ante oculos nondum habuit orationem XXXIV, quae praebet illa verba ἐμὲ πρεσβεύειν...κ.τ.λ.; edita enim est primum anno 1816 Mediolani ab Angelo Maio. Themistii legationem Romanam respicit Libanius in epistula 371 scripta anno 358.[1])

II.

Quomodo Themistius, Libanius, Iulianus alius alium imitatus sit.

Tempore quo compositae sint orationes constituto secunda parte inquiram, quae sit ratio inter Themistium et Libanium, Themistium et Iulianum, Libanium et Iulianum.

§ 1.

De Themistio et Libanio.

Libanium, cum laudationem Constantii scriberet, Themistii orationem primam ante oculos habuisse certo comprobatur nonnullis locis, quibus illius orationis I vestigia pressit.

Them. or. I. p. 5a: ἀκολασίαν δὲ μὴ καὶ τοὔνομα αὐτὸ λυπῶμεν λέγοντες.	Lib. p. 270, 10—11: Constantius σωφροσύνην μὲν εἰς τοσοῦτον ἠσκηκώς, ὥστε καὶ τῇ προσηγορίᾳ τῆς ἀκολασίας αἰσχύνεσθαι.
Them. or. I. p. 2b: Constantius est imperator ἐκ τριγονίας βασιλικῆς. or. VIII. p. 115c: τὰ σκῆπτρα ἐκ τριγονίας.	Lib. p. 215, 10: ἐκ τριγονίας ἡ βασιλεία.
Them. or. I. p. 2a: τὴν ἐνόπλιον χορείαν.	Lib. p. 245, 20: ἐνόπλιος ἑτέρα πορεία.

[1]) Seeck, Die Briefe des Libanius p. 345: *März? 358: ep. 371 wird auf die Gesandtschaft des Themistius zurückgewiesen.*

§ 2.

De Themistio et Iuliano.

Iuliano ante oculos versatum esse Themistium iam Wyttenbachius demonstravit, qui nonnulla vestigia[1]) attulit in „Animadversionibus in Iuliani orationem primam" et in „Epistola critica ad Davidem Ruhnkenium"[2]), in quibus tria imprimis spectabat: corrupta emendare, imitationes notare, Graecae dictionis bonitatem vindicare. Iulianus Themistium nullo loco vel nominatim appellavit vel in oratione formanda imitatus est vel verbis eius ipsis usus est. Ex eius autem orationibus ille praecipue quattuor locos secutus est:

1. initium orationis primae: de vera laudatione (p. 1—3c);
2. or. II. p. 36b—38b: de vero rege et de victoria incruenta a Vetranione reportata;
3. exitum or. II. p. 39a—d: de corporis virtutibus imperatoris;
4. or. II. p. 33d—34b: de Magnentio atque Vetranione.

1. De vera laudatione:

Them. or. I. p. 1a: nunc ad te, Constanti, adit ἐλεύθερός τε καὶ ἀψευδὴς ἐπαινέτης.	Iul. or. I. p. 2B: ars rhetorica permittit τὸ ψευδῶς ἐπαινεῖν τοὺς οὐκ ἀξίους ἐπαίνου.
*Them. or. I. p. 1a: Themistii oratio ne exiguum quidem verbum proferet οὗ τὰς εὐθύνας οὐχ ἕξει δοῦναι φιλοσοφίᾳ. idem or. III. p. 44d: ne exiguum quidem verbum οὗ τὰς εὐθύνας οὐχ ἕξει δοῦναι παντὶ τῷ ἔπειτα χρόνῳ.	Iul. or. I. p. 4B: orationes τούτων ὑφέξουσιν εὐθύνας, ὧν ἂν τύχωσιν εἰπόντες, λέγειν δὲ οὐδὲν ὅτι μὴ πρὸς ἀρετὴν καὶ φιλοσοφίαν ἀνοίσουσι.
Them. or. I. p. 3a: ὥσπερ οὖν, οἶμαι, τὴν θεοῦ φύσιν τὰ ποιήματα ἐπιδείκνυσιν, οὕτως φαίνουσιν αἱ πράξεις βασιλικὴν ἀρετήν.	Iul. or. I. p. 4D: Iuliani oratio narrabit ὥσπερ γνωρίσματα τῶν τῆς ψυχῆς ἀρετῶν τὰς πράξεις.

[1]) Quae signo * notavi.

[2]) Bibliotheca Critica Amstelodam. vol. III P. I p. 33 sq. P. II p. 1 sq. Leguntur apud G. H. Schaeferum, Iuliani imperatoris in Constantii laudem oratio, Lipsiae 1802 p. 131 sq. et p. 227 sq.

Them. or. I. p. 3c: qui audiunt ne credant Themistii orationem esse κόλακα ἀντ' ἐπαινέτου· ὡς κολακείας μὲν οὐκ ἔσθ' ὅ, τι δυσμενέστερον ἀληθείᾳ, ὁ δὲ ἔπαινος μαρτύριόν ἐστιν ἀρετῆς.

Iul. or. I. p. 4C: genus laudationum suspectum est et putatur κολακείας ἀγεννοῦς, ἀλλ' οὐ μαρτυρίας ἀληθοῦς τῶν ἀρίστων ἔργων.

Them. or. I. p. 2a: multi oratores τὴν ἐνόπλιον χορείαν διεξιόντες καὶ τὰ κοῦφα ἐν πολλῷ σιδήρῳ σκιρτήματα.

Iul. or. I. p. 11A—B: χορείαν τὴν ἐν ὅπλοις, δρόμον τὸν ἐν τούτοις, τὴν ἱππικὴν τέχνην, et

or. II. p. 53C: τήν γε μὴν ἱππικὴν καὶ τὴν ἐν τοῖς δρόμοις κουφότητα.

2. De vero rege et de victoria incruenta a Vetranione reportata[1]):

Them. or. II. p. 36b: ᾄδουσι τοὺς Ἀλωάδας οἱ ποιηταί, οὓς ἡ τερατεία τοῦ σώματος εἰς ἄτοπα ἐξήνεγκε φαντάσματα καὶ ἀλλόκοτα, ὀρῶν τινας ἐποικοδομήσεις καὶ ἀναβαθμοὺς εἰς τὸν οὐρανόν.

Iul. or. I. p. 28C: Sapor, rex Persarum, τῇ μανίᾳ τοὺς Ἀλωάδας ὑπερβαλλόμενος μόνον οὐχὶ τὸ πλησίον ὄρος ἐγνωκὼς ἀμφικαλύψαι τῇ πόλει.

*Them. or. II. p. 36c: Ξέρξῃ τῷ ἀλαζόνι, ὃς οὐδὲ πλεῖν οὐδὲ βαδίζειν ἠνείχετο κατὰ ταὐτὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ἀλλὰ μετεποίει καὶ ἐνήλλαττε τὴν πορείαν. τοιγαροῦν ἐδίωκον αὐτὸν φυγάδα ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἄνδρες πένητες καὶ αὐτουργοὶ μετὰ φρονήσεως μόνης καὶ δικαιοσύνης.

Iul. or. I. p. 28B—C: Xerxes ἐπειρᾶτο πλεῖν καὶ πεζεύειν ἀπεναντίον τῇ φύσει μαχόμενος καὶ κρατῶν ἠπείρου φύσεως καὶ θαλάττης ἀνδρὸς Ἕλληνος ἡττᾶτο σοφίας καὶ ῥώμης στρατιωτῶν.

[1]) Ex eodem fonte hauserunt Themistius et Iulianus:

Them. or. II. p. 37 b: Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, οὗ τοῖς χείλεσιν ἐπεκάθιζεν ἡ Πειθώ.

cf. or. XXVI. p. 330 a: λόγου δὲ κέντρον ἐγκαταλιπεῖν.

Iul. or. I. p. 33 A Constantii eloquentiam laudat: τίς δὲ ἡ πειθὼ τοῖς χείλεσιν ἐπικαθημένη, ἣ παντοδαπῶν ἀνθρώπων συνειλεγμένων τὸ κέντρον ἐναπολιπεῖν ἴσχυσε ταῖς ψυχαῖς.

Uterque locus spectat ad Eupolidis comoediam Δῆμοι frg. 6 v. 5 sq.:

Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.
Οὕτως ἐκήλει καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

*Them. or. II. p. 37b: Constantius οὐδὲ τὼ χεῖρε προσενεγκὼν ἀφαιρεῖται τὴν ἁλουργίδα.

Iul. or. I. p. 31D: tu, imperator, οὐδὲ τὴν χεῖρα προσάγειν ᾤου δεῖν οὐδὲ ἀφελέσθαι ξὺν βίᾳ. Vetranio προσῆγέ σοι περιελόμενος τὴν ἁλουργίδα.

*Them. or. II. p. 37b: Περικλῆς ... πολλάκις ἀπὸ τοῦ βήματος τῶν Ἀθηναίων κατέβη ἀπαλλάξας ὡς οὐκ ἐβούλετο.

Iul. or. I. p. 32C/D: Demosthenes aliique clari oratores ἀπῆεσαν... πολλάκις ἀπὸ τοῦ βήματος τοῦ δήμου θορυβήσαντος.

Them. or. II. p. 37a: οἱ μὲν ὁπλῖται ἑστήκασι κεκλιμένοι ἐπὶ τῶν ἀσπίδων. οἱ δὲ ἱππεῖς ἐγκεχαλινωμένοι τοὺς ἵππους, οἱ δὲ τοξόται τὰ τόξα ἀνέντες, οἱ δὲ σφενδονῆται χαλάσαντες τὰς σφενδόνας, βασιλεὺς δὲ μόνος καὶ ἄοπλος, ἄτερ αἰχμῆς, ἄτερ μαχαίρας μονομαχεῖ ἐπὶ τοῦ βήματος .... καὶ μόνῳ πέποιθε τῷ λόγῳ.

Iul. or. II. p. 76D—77A: Cum Constantius Vetranionem eloquentia superaret, suggestum περιέσχεν ὁπλιτῶν δῆμος καὶ ἀκοντιστῶν καὶ τοξοτῶν ἱππεῖς τε ἐνσκευασάμενοι τοὺς ἵππους καὶ τὰ σημεῖα τῶν τάξεων· ἀνῄει τε ἐπ' αὐτὸ βασιλεὺς... οὔτε αἰχμὴν φέρων οὔτε ἀσπίδα... μόνος δὲ ἐπὶ τοῦ βήματος εἱστήκει πεποιθὼς τῷ λόγῳ.

Them. or. II. p. 37c/d: ὑμνοῦσι μὲν οὖν καὶ Σπαρτιᾶται ἀναίμακτόν τινα καὶ ἄδακρυν νίκην ... ταύτης δὲ οὐκ οἶδα ἣν ἄν τις νίκην φαίη ἱεροπρεπεστέραν τε καὶ εὐαγεστέραν.

Iul. or. II. p. 77B: ταύτην ἐγὼ τὴν νίκην κρίνω τῆς Λακωνικῆς μακρῷ σεμνότερον· ἡ μέν γε ἦν ἄδακρυς μόνον τοῖς κρατοῦσιν.

or. II. p. 59D: μὴ καθαρὰν αὐτοῖς μηδὲ ἄδακρυν παρασχεῖν τὴν νίκην.

or. II. p. 73B: καθαρὰν καὶ ἄδακρυν περιεποιήσατο τὴν νίκην.

or. I. p. 33B: νίκην .... εὐαγῆ καὶ καθαράν.

Libanius p. 257, 19 aliam pugnam nominat τὴν ἐν Κορίνθῳ τὴν ὑμνουμένην e Demosthene p. 472, 24.

ἄδακρυν νίκην praebet Plutarchus de fortuna Romanorum c. 4.

ἄδακρυς πόλεμος in proverbium abiit; cf. Paroemiogr. Graec. ed. Leutsch et Scheidewin t. I. p. 9, 28; 189, 52; 328, 49; II. p. 94, 14; 137, 25.

3. De exitu Themistii orationis II et Iuliani orationis II.

Them. or. II. p. 39a: ... ἢ οὔπω δοκῶ ἱκανῶς ὑμῖν διαλελύσθαι;	Iul. or. II. p. 101 B: ἆρ' οὖν ὑμῖν ἱκανῶς δοκοῦμεν ἐκτετελεκέναι τὸν ἀληθινὸν ἔπαινον;
Them. or. II. p. 39c: Constantius corpus προβάλλει δὲ χειμῶνι, καύματι δὲ ἐπιδίδωσιν.	Iul. or. II. p. 101 D: Constantius ἀντέχων καὶ πρὸς τὸ κρύος καὶ πρὸς τὰ θάλπη.
Them. or. II. p. 39d: Constantius οὐδὲ γὰρ ὅσα αὐτὴ ἡ ὥρα φύει πρὸς ἑαυτὴν ἀτέχναστα καὶ ἕτοιμα παραμύθια, οὐδὲ τούτων ἁλίσκεται παρὰ τὸ ξυμφέρον.	Iul. or. II. p. 101 C: Constantius οὐδὲ ὧν ὧραι φύουσιν ἀγαθῶν τὴν ἄμετρον ἀπαιτεῖ πλησμονήν, οὐδὲ αὐτῷ θέρους ὥρᾳ τοῦ κρυστάλλου μέλει, οὐδὲ μεταβάλλει πρὸς τὰς ὥρας τὴν οἴκησιν.

4. De Magnentio atque Vetranione:

